



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal:
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

19.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

rem actio: Sed tantum realem, quæ quidem institui potest non tantum ubi res controversa sita est, sed etiam ubi reus domicilium habet. *L. ult. C. ubi in rem actio. L. 10. ff. de rei vind: L. 38. ff. de jud: v. g. Nobilis Græcensis quispiam habeat ædes Viennæ, non est subdita persona; sed ædificium ratione soli: quare nec dabitur actio personalis coram Magistratu Viennensi ad aliquid dandum, vel faciendum v. g. ut ædes quæ donatæ dicuntur, donatario tradantur, sed tantum actio realis si alius ædes ut suas vendicet, vel hypothecæ nomine obligatas asserat: & hæc ipsâ actione reali intentatâ, Persona secundum se constringi, aut ut contumax damnari non potest. Ioan: And: cit. cap. ult.*

Sed tantum realiter, ut si non compareat actor mittatur in possessionem ædium *cap. ult. ut lite non contest: §. ult.*

19. Neque distinguimus inter res mobiles, vel immobiles, ut *Accur. in cit: L. ult.* quasi res mobiles vindicandæ sint, ubi domicilium reus habet: immobiles vel ubi domicilium habet, vel ubi sitæ sunt quia ut benè Salicet. & Azo citata lex *ult.*

ma loquitur generaliter, ideoq; de utrifq; intelligendam rebus asserunt, juncta L. 10. & seq: ff. de rei vind: L. 38. ff. de jud: Authen. quia in provincia. C. ubi de Crim. Nec interesse putamus inter singularem vindicationem, & petitionem hæreditatis. Hæc quoq; vel ubi domicilium reus habet, vel ubi bona hæreditaria sunt; instituitur. L. un. C. ubi de hered: L. 26. & 28. ff. de jud: Accurs: ex communi DD. ad dict: L. un.

20. Sed etsi legatum, vel fidei commissum actione in rem petatur, verius est secundum propositam regulam, vel in loco domicilii, vel rei sitæ agi posse. *Vultei.* ad L. un. C. ubi fideicom. pet. oport. n. 15. & 30. Neque urget, si dicas: res mobiles non posse dici sitas propriè, atque ideo ratione rei mobilis, in alieno territorio forum obtineri non posse; quia nusquam jura sic limitant. Non etiam ad rem dices exigi, ut reus in eodem loco reperiatur ad hoc, ut actio in rem institui possit, quia nihil interest utrum in eo loco reperiatur reus, nec ne? ut benè *Azo.* & *Accurs.* in cit. L. ult.

21. Si actio mixta sit, quam quis exercere vult, veluti familiæ erciscundæ, com-

E muni